8365. de. 33. 18.

Extracts out of *Charters*, *Statutes*, and *Injunctions* Relating to *Oriel College*, and particularly to the *Provoſt*'s Late Claim to a *Negative Voice* in Elections of Scholars.

Charter of *Foundation* by *Edw.* II. *Ann. R.* 19.

—QUoddam *Collegium Scholarium*— ex nunc Statuimus & ordinamus—— Quod Collegium per *Præpoſitum* regi diſponimus —— Et *Adam de Brom* ipſius Collegii Regimini præficiend. in *Præpoſitum* hac vice nominamus—Concedentes quod quandocunque dictam *Præpoſituram*— vacare contigerit, *Scholares* Dicti *Collegii Præpoſitum* de ſe-ipſis eligant, & eum *Loci Diœceſano*, ſeu *Cuſtodi Spiritualitatis*, qui pro tempore fuerit, præſentent, per ipſum admittend. & eidem Collegio Canonicè præficiendum.

Et pro *primariâ Fundatione* ejuſdem Collegii, & ad *Scholarium* ipſius *Suſtentationem* dedimus & conceſſimus——Præfatis *Præpoſito* & *Scholaribus*——Habend. *Sibi* & *Succeſſoribus* ſuis *Præpoſitis* & *Scholaribus*—in liberam & puram Eleemoſynam in perpetuum——

Charter of *Confirmation* by *Edw.* III. *An. R.* I. with Conſent of *Parliament.*

Fundationem Donationes & *Conceſſiones* prædictas — approbamus, & eas pro nobis & Hæredibus noſtris *de Aſſenſu Prælatorum Comitum Baronum* & *Communitatis* Regni noſtri in præſenti *Parliamento* noſtro — Præfatis *Præpoſito* & *Scholaribus dicti Collegii* & eorum Succeſſoribus *concedimus* & *confirmamus.*

Statutes of *Edw.* II. *An. R.* 19.

Edvardus Dei Gratiâ *&c.* Cum ordinaverimus quoddam *Collegium Scholarium*—de modo & formâ quibus *ipſos* in *Collegium* illud *aſſumi* & ibidem converſari ac ab eodem *Amoveri* volumus, Ordinationem fecimus infra Scriptam quam perpetuis temporibus inviolabiliter præcipimus obſervari. Quod ſint in eodem *Collegio Scholares*—quorum *decem* pro *primariâ fundatione* Collegii (quos per — Eleemoſynarium noſtrum *Adam de Brom* (quem in Præpoſitum ejuſdem Collegii præfecimus) hac vice eligi volumus) Studio vacent Theologiæ; ſeu Artium liberalium & Philoſophiæ — Donec de *Domini Præpoſiti* & *Sociorum Arbitrio* — in his laudabiliter provecti ad Studium ſe transferant Theol.

Sit etiam in eâdem Domo *Superior* qui *Præpoſiti* Nomine perpetuò nominetur — Quem quidem *Præpoſitum* — *Scholares* — de Se-ipſis *eligant* — qui — *Cancellario noſtro præſentetur* —

Sit inſuper in Domo ſupradictâ ſub dicto *Præpoſito Senior unus nomen Decani gerens*—per dictum *Collegium eligendus.*

Sit inſuper Numerus *Scholarium* — juxta Quantitatem & Augmentationem Bonorum Domûs illius, quorum *quilibet* quinquaginta & duos Solidos—recipiat Annuatim.

De *Scholaribus* — Aliqui de diſcretioribus *eligantur* qui ſub ipſo *Præpoſito* tanquam ejus Coadjutores, minus Provectorum Curam (qualiter in ſtudio & morum Honeſtate proficiant) agere teneantur.

BRITISH MUSEUM

Sit

Sit in qualibet Camerâ Unus — qui aliis ſuperintendat Sociis, & per quem de ipſorum Moribus & Studii Profectu ipſi *Præpoſito* — ac ipſi *Congregationi Scholarium* (ſi opus fuerit) innoteſcat.

Scholares — in Menſâ — *Lectorem* habeant juxta Diſpoſitionem *Præpoſiti* & *Scholarium* eorundem.

—Hoc etiam — ſpecialiter obſervari volumus, ut circa eos qui ad hujuſmodi Eleemoſynæ Participium *admittendi* fuerint, diligenti Sollicitudine caveatur, nequi præter Honeſtos, Caſtos, Pacificos, Humiles, Indigentes, ad Studium habiles, proficere volentes, & *ritè electos* recipiantur, ad quorum Agnitionem Singulis cum in dictâ Societate fuerint admittendi — in eâdem ad Annum Unum, utpote *Probationis* Cauſâ — concedatur, & ſic demum, ſi in dictis Conditionibus laudabiliter ſe habuerint, in dictâ *Congregatione* [Scholarium] admittantur.

Loco Alicujus *Deficientis Scholarium* — vel *Expulſi* Alius continuò ſubrogetur in quem videlicet *dicti Præpoſitus* & *Scholares* poterunt concordare.

Et ſi illos diſcordare contigerit, is Loco Alterius aſſumetur in quem *Præpoſitus* Collegii unà cum *Sex Senioribus Scholarium* duxerint Concordandum, in quâ Subrogatione — & quorumcunque aliorum Admiſſione Conditiones ſuperius — annotatas ſub Debito *Juramenti* & *Fidelitatis omnium* & *ſingulorum, quorum interierit,* cenſemus inveſtigandas ac pro Viribus obſervandas — Ordinamus ut à *Præpoſito* & Senioribus — & *omnibus Scholaribus* — præſentibus ter in Anno— *Capitulum* vel Scrutinium celebretur—

Ad eadem *Capitula* vel ad Eorum aliquod accedant qui— Beneficia dictæ Domûs fuerint petituri, & in eiſdem *Capitulis* ſub *Claro fide dignorum Teſtimonio,* qui Vitam eorum & Converſationem pernoverint, Gratiâ ſibi primitùs Suſtentationis Anualis (prout ſuperiùs expreſſum eſt) conceſſâ, ex tunc in ipſâ Domo, ſi de Conditionibus prænotatis liqueat & expedire videatur, Admittantur—

In ipſis inſuper *Capitulis* de *Scholaribus aliqui* Idonei & diſcreti *aſſignentur* qui—Proventus terrarum—recipiant.

Præpoſitus autem de ſuâ *Adminiſtratione* & de His quæ de *Bonis Domûs* ad manus ſuas devenerint coram certis Per-

ſonis per Collegium — de *Scholaribus* ejuſdem ad hoc electis annis tenebitur ſingulis reddere Rationem.

Præpoſitus ſimul cum *cæteris Scholaribus* dictæ Domûs ſicut *Unus ex illis* in Menſâ epuletur.

Cum *Præpoſitus* propter Dilapidationem Bonorum, ſeu Incontinentiam vel aliam Cauſam Rationabilem videbitur *Amovendus* — *Cancellarius* noſter vel Hæredum noſtrorum ad Denuntiationem vel Inſinuationem duorum de dicto Collegio — Summariè — de Cauſâ hujuſmodi cognoſcens ipſum *Præpoſitum amoveat*, alium in ejus Locum juxta formam ſuperiùs traditam — ſubrogando.

Idem in *Amotione Præpoſiti* cenſemus obſervandum (quod in Præmiſſis de *Amotione Scholarium* ordinavimus) quod eidem Occaſione Amotionis — nulla Actio nullumque Juris Remedium *Canonici* vel *Civilis* competat — per quod — Regreſſum habeat in futurum.

Cæterum quia Caſus omnes futuri ab initio certâ Lege includi non poterunt ſeu Statuto, idcircò volumus & ordinamus, ut ſiquas Obſervantias vel Statuta ſalubria & honeſta per *Præpoſitum* & *decem* vel *octo Seniores* & *diſcretiores* (de Peritorum Conſilio) ad Utilitatem & Conſervationem Inſtitutionis præſentis in poſterum provideri contigerit, eas omnes & ſinguli de dictâ Domo futuris Temporibus obſervare abſque Contradictionis Obſtaculo teneantur.

Ordinamus, quod *omnes dicti Scholares* ſingulis Diebus Dominicis & duplicibus feſtis conveniant ad Eccleſiam prædictam [Sanctæ *Mariæ*.]

Ordinationes *Collegii Scholarium* Domus Beatæ *Mariæ Oxon.* An. 1326.

Ordinatum eſt quod — ſint in eâdem Domo *decem Scholares* in ſacrâ Theol. Studentes — Hoc tamen adhibito Moderamine quod (ſi expedire videatur) Aliqui de dicto Numero (concurrente ad hoc *Aſſenſu Societatis dictorum Scholarium*, vel Sanioris vel *Majoris Partis* eorum ſtudere poſſint in Jure Canonico —

Sit

Sit autem in dictâ Domo *Unus Scholarium Prædictorum Reliquis Superior*— qui *Præpoſiti* nomine— nuncupetur — Eligendus *Electione communi* eorundem *Scholarium.*

Sit Inſuper — unus Nomen *Decani* gerens — per ipſum *Præpoſitum de Conſenſu* Eorundem *Scholarium* deputandus qui — vices *Præpoſiti* ipſius *Abſentis* ſuppleat.

Percipient vero *dictus Præpoſitus* & *Singuli Scholarium Prædictorum* pro ſingulis Septimanis—duodecim Denarios— ad ſuas Communias—

Si—Bona & Facultates Domus prædictæ augeri Contingat, numerus *Scholarium* (quoties hoc contigerit) augeatur quatenus ad hoc eædem Facultates ſufficientiam obtulerint— In Eventu autem quo exauctus fuerit — Numerus Scholarium — Aliqui de diſcretioribus Scholaribus — per *communem Aſſenſum Præpoſiti* & *eorundem Scholarium* deputentur (qui ſub *Præpoſito* tanquam ejus Coadjutores) minus Profectorum Curam (qualiter in Studio & Morum Honeſtate proficiant) agere teneantur—

Vivant inſuper dicti *Præpoſitus* & *Scholares* in communi Menſam *communem* obtinentes & in eâdem veſcentes *in Communi.*

Hoc Inſuper circa *Aſſumptionem Scholarium* in dictam Domum omni Sollicitudine obſervetur, ut nequi præterquam Honeſti, caſti, Pacifici & humiles (quatenus Humana Fragilitas noſſe ſinit) Indigentes, ad Studium habiles, Proficere volentes, & per *Communem Aſſenſum dictorum Præpoſiti & Scholarium (Ipſis Scholaribus vel majore Parte eorum pro Ipſis in ſuis Conſcientiis deponentibus) Electi* in Domo Prædictâ *aliqualiter Admittantur*— qui— ſi ſic per Annum ſe conditionatos exhibuerint, tunc in Societatem dictæ Domûs effectualiter Admittantur. Proviſo quod ſi intra Annum, & ante Admiſſionem prædictam apparuerit quomodocunque Ipſos ſic Conditionatos non eſſe vel aliàs Intolerabiles, ſtatim cum per *Societatem* prædictam vel *majorem partem ipſius* hoc cognitum fuerit, expellantur—

Si Numerum Scholarium — augeri contigerit — Aliqui (in Numero juxta Diſcretionem *Præpoſiti* & *Scholarium* prædictorum moderando) in Arte Dialecticâ— Studeant— & cum Studentes prædicti— rexerint per tempora per dictos

Præ-

Præpositum & Scholares moderanda ad Theol. Studium & Juris Canonici— per aliqua Tempora— se transferre teneantur juxta *Arbitrium Præpositi & Scholarium* prædict. Quod si hoc facere noluerint— juxta *Arbitrium Supradictum*— amovendi.

Pro Negotiis Arduis concernentibus ipsam Domum & Societatem— Conveniant *iidem Scholares* celebrando super Præmissa *Capitula* sua & habendo ad invicem Tractatus *communes* & ad minus ter in Anno — lectis coram iis Ordinationibus præsentibus, de Negotiis prædictis & Statu Domûs per omnia— inter se tractent, & ea quæ circa Præmissa— *communi Assensu* ordinata fuerint, *prædict. Præpositus* solerter & celeriter exequatur.

Et in *Capitulis prædictis* Scholares ad dictam Societatem admittendi Præsentiam suam Personalem exhibeant dictæ Domûs Beneficia petituri, & in *eisdem Solummodo*, præmisso stricto Examine in *formâ* & *modo superius expressis*, admittantur.

In quibuscunque etiam Temporibus contingant aliqua ardua Negotia— teneantur *Dicti Scholares omnes* & *singuli* per *Præpositum* aut, eo absente, *Decanum* vocati (nisi Rationabilis Causa impediverit) convenire— Præbituri suum Consilium & *Consensum*, sine quibus nihil arduum aut Præjudiciale dictis Domui aut Societati per eundem *Præpositum* vel aliquos alios Administratores attemptetur, aliqualiter sive fiat. Quod si aliquid tale fiat absque— *communi Consilio* & *Consensu* (saltem *Majoris* & *Senioris Partis Societatis prædictæ*) eo ipso habeatur irritum & Inane.

Quandocunque Aliqui— *Scholarium*— fuerint à Societate amovendi— insinuetur per Literas *Præpositi* & *Collegii sub Sigillo eorum communi* hujusmodi Amotionis Causa Episc. Linc.—

Habeant *iidem Scholares* in dictâ Domo *Sigillum commune*, quod—in cistâ— sub Clave *Præpositi*— & duarum aliarum Clavium— in Custodiâ *Duorum de Scholaribus*— Eligendorum per *communem Assensum Præpositi* & *Scholarium*— remanebit, quorum quilibet habeat Clavem Unam, ita quod nulla Litera sub eodem Sigillo exeat vel Scriptum fiat, nisi prius per *Præpositum* & *Custodes prædictos*, vel si grande concernat Negotium, per *Societatem prædict.* aut *deputandos*

speci-

ſpecialiter ab *eâ* examinetur & in *eorum Præſentiâ* ſigilletur.

Item *Prædicti Scholares* teneantur ſingulis Diebus feſtis duplicibus intereſſe Divinis Officiis—

In quorum omnium Teſtimonium *Sigillum Commune* dictorum *Præpoſiti* & *Collegii* Domûs prædictæ præſentibus eſt appenſum. Datum in Collegio prædicto. *Oxon.* 23 *Maij.* 1326.

An. D. 1329.

Ordinationes *Præpoſiti* & *Scholarium* &c.

Nullus de dicto Collegio in aliquâ Facultate in eâdem Domo incipiat, nec a Lecturâ— ceſſet, niſi de *Arbitrio Præpoſiti* & *Sociorum* ejuſdem Collegii, vel *majoris Partis eorundem*——

Nec Aliquis de Societate eâdem Actum aliquem—— Utilitatem Dictæ Domûs concernentem, ad quem per *Societatem* prædict. vel *majorem Partem Ejuſdem* Electus fuerit, ſive Deputatus, admittere contradicat.

Si contingat — aliquam Diſſentionem — inter aliquos de dictâ Societate Oriri, primò per *Præpoſitum* — vel (eo Abſente) *ejus vices gerentem*——Sedetur—quod ſi per Eos fieri nonpoterit, per totam *Societatem* terminetur & finiatur.

Omnia legata vel Collata ſub Nomine *Domûs Collegii*, vel *Scholarium*——

Quum Quarterium Frumenti in *Oxon.* Vendatur per decem Solidos, *Quilibet Scholarium*——Singulis Septimanis percipiat ultra *duodecim Denarios* (quos ex Ordinatione dictæ domûs nunc percipit) *tres Denarios*——

Percipiant Inſuper *dicti Scholares* ſingulis Annis— in Septimanâ Natalis Domini quinque Solidos— pro Mancipio *ſuo* unam Marcam—pro Barbitonſore & Lotione Capitum *ſuorum* decem Solidos——

Theſe Statutes made *An.* 1326, and *An.* 1329, were Confirm'd by *Edw.* III. *An. R.* 4. without any Mention of the Biſhop of *Lincoln*'s Confirmation.

Theſe and all other Statutes made ſince by the College before *An.* 1722. were made per *Præpoſitum* & *Scholares* de *Eorum communi* & *Unanimi Conſenſu*, and had their common Seal affix'd to them, and were Confirm'd by the Biſhop of *Lincoln*.

Confirma-

Confirmation of the *Statutes* made *A.* 1326. and 1329. by *Edw.* IV. *An. R.* 4.

——Inſpeximus quaſdam Ordinationes factas in *Collegio Scholarium* Domûs noſtræ Beatæ *Mariæ Oxon.* per *Præpoſitum* & *Scholares* dictæ Domûs——

Nos autem Ordinationes prædictas—— acceptantes & approbantes ac etiam rata habentes—— pro nobis & Hæredibus noſtris Præfatis *Præpoſito* & *Scholaribus* & *eorum ſucceſſoribus*—— concedimus & confirmamus.

An. 1364.

Quædam Ordinationes *Præpoſiti*, & *Scholarium*------

Ordinatum eſt, per *Præpoſitum* & *Scholares* ex *Unanimi Conſenſu eorundem* quod tam *Præpoſitus*——quam *omnes alii* & *ſinguli Scholares*—— ultra Duodecim Denarios *ſingulis Eorum*—— aſſignatos pro Communiis, qualitercunque vendetur Frumentum, ſeu pro majore Pretio, ſeu pro minore tres Denarios in Septimanâ recipiant ad Communias——

Inſuper ordinatum eſt, quod ſingulis pro Toralibus Aulæ & Coquinæ neceſſariis habeant *dicti Præpoſitus* & *Scholares* duas Marcas——

An. 19. *Henr.* VI.

Ordinatum & Statutum eſt, quod in omnibus Electionibus Scholarium in dicto Collegio futuris temporibus celebrandis inviolabiliter obſervetur, quòd nullatenus abſque *Expreſſo conſenſu Præpoſiti* (ipſo abſente) ad hujuſmodi *Scholarium Electionem procedatur.*

Quod non exiſtant in prædicto Collegio ſimul plus quam duo *Scholares*, qui intra eandem Villam, Civitatem, Comitatum, vel Diœceſin fuerint oriundi *Præpoſitum* inter *eos* minimè numerando.

——Inter

——Inter Festum Sancti *Michaelis* & Sancti *Lucæ*— audiantur— Ratiocinia Officiariorum—— nisi— de consensu *Præsidentis* & *majoris Partis Capituli* ad ulteriorem Diem differantur.

Quotiescunque *Decanus* voluerit se per notabile tempus absentare, si *Capitulo* videatur expedire, deputetur ab eodem *Capitulo* aliquis--- qui *vices Decani* Absentis in omnibus valeat & debeat adimplere.

In Festo--- omnium Animarum conveniant *Præsidens* & *Socii Capitulariter*——

Si Aliquis ex--- *Scholaribus* Impignoraverit, vel alienaverit aliquem Librum, vel Jocale ipsius Collegii præter *communem Assensum Collegii*——

Statutum est, quod *quicunque* ex *Scholaribus* aut eorum Successoribus (*Præpositis tantummodo exceptis*) fuerit assequutus aliquod Beneficium--- Patrimonium--- unde poterint--- decem Marcas---accipere--- eo facto--- Societate & Jure in Collegio habitis privatus existat.

Alii quatuor Scholares--- erunt Electi--- & secundum *formam Statutorum* dicti *Collegii* in perpetuos *Socios* ejusdem assumpti & incorporati-- dummodo Eligibiles sint ita habiles secundum Judicium--- *Præpositi* & *majoris Partis Scholarium* Moribus & Scientiâ.

An. 1488.

Ordinatum est, quod *unus alius Scholaris*--- erit Electus &--- Secundum *Formam Statutorum dicti Collegii* in perpetuum *Socium* ejusdem assumptus & Incorporatus.

An. 1504.

Nos *Præpositus* & *Scholares unanimi Consensu* ordinamus & Statuimus, quod prædictus *Præpositus* percipiat quolibet secundo Anno quinque Virgatas Panni. *Quilibet* vero dictorum *Scholarium*— *consimili modo* quinque Virgatas Panni— percipiat— Proviso— quod si contingat, Numerum Scholarium— augeri— tunc *quindecim seniorum Prædictorum Scholarium* solummodo prædictæ Liberaturæ participes fiant.

Nos *Præpositus* & *Scholares*— ordinavimus quod *Præpositus* præter decem Marcas (in Ordinationibus prius factis assignatas) suas Communias percipiat *sicut unus Prædictorum Scholarium.*

Insuper Volumus & Ordinamus quod *Decanus in Regiſtro communi* ad hoc Ordinato ſcribat, ſeu ſcribi faciat, Omnia Acta & Decreta per *Præpoſitum* & *Scholares* dicti Collegii *capitulariter* facta.

An. 1509.

Statutum eſt & Ordinatum--- quod *Unus alius Scholaris*--- erit Electus--- & juxta *Formam Statutorum*--- Collegii in Socium aſſumptus & incorporatus.

An. 1531. Injunctiones Epiſc. *Lincoln.*

Injungimus Vobis *Præpoſito* & *Decano ac Sociis omnibus*, ut intra unum Menſem poſt Receptionem Præſentium compleatur Numerus Sociorum Dicti Collegii--- & ſic Plenus, quoties Societas vacare contigerit, intra unum Menſem quo Locus--- vacaverit, niſi aliqua evidens, juſta, neceſſaria & rationabilis Cauſa averſetur---

Et quod hæ noſtræ *Injunctiones*--- in fine Libri *Statutorum* veſtrorum ſcribantur ac ſemel quolibet Anno legantur coram *Sociis dicti Collegii*---

An. 1545.

Injungimus--*omnibus* & *ſingulis ſacerdotibus Sociis* Dicti Collegii quod--- non dicant Matutinas ſuas temporibus quibus Matutinæ in Eccleſiâ Beatæ *Mariæ* cantantur. Sed iiſdem Matutinis publicis interſint---

Injungimus *Præpoſito Decano* & *Sociis*--- ut intra unum Menſem poſt Feſtum Nativ. eligant Socios Idoneos in Loca Societatum jam vacantium.

Injungimus *eiſdem Præpoſito Decano* & *Sociis*--- ut nihil penitus in unico Conſeſſu concludatur aut confirmetur per *Præpoſitum Decanum* & *Socios* Collegii--- niſi urgens Neceſſitas aut evidens Utilitas--- id expoſcat.

Injungimus ut Unuſquiſque veſtrum per quatuor Annos à Magiſtratu--- Sacrâ Theologiâ ſtudeat, ſin minus, ter monitus per *Præpoſitum* aut ejus *Vicem gerentem* à Societate removeatur, & in ejus Locum Alius--- per *Præpoſitum* & *Societatem* eligetur.

Quo

Quo Anno non constat.

Injunctiones Majestatis Regiæ per *Henr. Lincoln, Simon Heines, Rich. Cox, Rich. Monson, Chr. Nevinson.*

Vetera omnia *Statuta* & *Ordinationes* omnes, quæ nec pugnent cum *Regiis Decretis* nec *Injunctionibus hisce* adversentur, firma, fixaque eo usque manere volumus, donec *Regiæ-- Majestati* aliter visum fuerit.

Harum Injunctionum Violatores Arbitrio *Præpositi*, aut *ejus Vicarii* & *senioris Socii Domi Agentis* Puniantur---

Charter of *Jam.* I. An. R. 1. *An.* 1604.

Ordinamus--- quod Ipsi & Successores sui-- in perpetuum sint *Unum Corpus Corporatum*--- Re & Nomine, per Nomen *Præpositi* & *Scholarium* Domus Beatæ *Mariæ* in *Oxon.* vulgo vocat. *Oriel* College de Fundatione *Edw.* II.

Quoties contingat *Præpositurам* Collegii vacare, Volumus-- quod Præfati *Scholares*-- juxta Ordinationes & Statuta *Præpositi* & *Scholarium*-- novum *Præpositum* eligere possint--- quodque *Præpositi* & *Scholares*, *Officiarii* & *Ministri*-- eligantur—gubernentur— juxta Ordinationes & Statuta—*Præpositi* & *Scholarium* quibus nunc utuntur— vel quibus in Posterum eos legitimè uti— contigerit Virtute Ordinatorum & Statutorum nunc apud eos in usu Existentium— quæ omnia & singula— pro *nobis* & *Successoribus* Moderno *Præposito* & *Scholaribus* & Successoribus suis concedimus— & confirmamus.

An. 1611.

Ordinationes seu potius Ordinationum jam in Collegio receptarum *Interpretationes* per Episc. *Lincoln.*

Ne *Socii Studentes in Jure Canonico aut Civili* se ab omni Onere Scholastico eximi putent, Volumus item illos (*Præpo-*

ſito Excepto) unum Actum Juridicum in quolibet termino habere eâdem formâ—— quæ diſputationibus in ſacrâ Theologiâ præfigitur——

An. 1612.

Quædam Ordinationes *Præpoſiti* & *Scholarium*-----

Statutum eſt, ut *uni Scholarium* prædicti Collegii liceat (concurrente ad hoc Aſſenſu *Societatis Præpoſiti* & *Scholarium*—— vel *Majoris* vel *ſenioris Partis eorundem*) Medicinæ Studio ſe-ſe totum applicare——

An. 1642.

Interpretatio Statuti per Epiſc. *Linc.*---- Dilectis in Chriſto *Præpoſito, Sociis* & *Scholaribus* Dicti Collegii Salutem.

Nos per Præſentes determinamus *Vobis* & *Succeſſoribus veſtris* liberum eſſe quibuſlibet Diebus—— in Capellâ Collegii Divina celebrare, niſi—— certis quibuſdam Feſtis—— Præſertim vero in Feſto Paſchæ, in quo vel in Die Saturni ſeu Sabbathi immediatè præcedentis *Scholares omnes* tam *Graduati*, quam *non Graduati* teneantur Cœnam Dominicam in Eccleſ. Beatæ *Mariæ*—— celebrare.

An. 1722.

Quædam Ordinationes *Præpoſiti* & *Scholarium* per Epiſc. *Linc.* confirmatæ.

Statutum & ordinatum eſt quod ſemel, & ſemel tantum quotannis Die ſc. Veneris Diem Paſchæ Immediatè ſubſequenti *Electio Scholarium* in omnia Loca tunc temporis vacantia, in poſterum fiat.

Quod *finiatur Electio* ante Horam 6tam veſpertinam ſupradictæ Diei Veneris.

Si

Si *nullam Electionem* tunc fieri contigerit, Præpositus id notum faciet *Visitatori nostro* ante duas Septimanas ex illâ Die elapsas.

Entries of the Elections of *Scholars* or *Fellows*, taken out of the College Register.

An. 1508. Celebratum est *Capitulum* per--- *Decanum.* Eisdem Die & Capitulo Electus & admissus est—— *Edgworth unanimi consensu omnium Sociorum.*

An. 1509. Electus est —— *Cannyngs Solenni Capitulo* ex Statut. celebrato.

An. 1510. In *Capitulo* celebrato per *Præpositum* & *Socios* electus —— *Wyttemore.*

An. 1512. Celebratum est *Capitulum per—Præpositum,* in quo *congregatis singulis Sociis*—— decretum est ElectionemBachalariorum juxta antiquam Consuetudinem eodem *Capitulo* fore celebrandam.

In eodem *Capitulo* electi sunt—— *Freeman, Rosse,* &c. & per dictum *Præpositum* & *Socios Capitulariter congregatos* Admissi——

An. 1513. Celebrato *Capitulo* per *Præp.* & *Socios Capitulariter convocatos* electi sunt in Annum probationis secundum Statutorum Exigentiam & Consuetudinem antiquam —— *Knightley* & *Mowntfyld.*

Acta sunt hæc per me *Tho. Richards* tunc Officium Decani gerentem, istis Præsentibus & Consentientibus quorum Nomina propriis Manibus sunt subscripta.

An. 1516. *Capitulo* celebrato per *Decanum tempore Vacationis Præposituræ* admissi sunt *in perpetuam Societatem Cryspin, Slade* & *Upton.*

An. 1525. Per *Præpositum* & *Socios* electus est——*Wynter.*

An. 1530. 19 Die *Jul.* Celebrato *Capitulo* per *Præpositum* decretum est——

Eodem Die ex *communi Consensu omnium Sociorum tunc Præsentium* fuerunt Electi isti Scholares S--- *Lewys* &c——

An. 1531. Celebrato *Capitulo per me Tho. Ware Præpos. & Socios* electus est——

An

An. 1532. Celeb. *Capitulo per me Præpoſ.* & *Societatem* electus eſt——

An. 1534. Celeb. *Capitulo per Præp.* & *per Scholares* electi ſunt——

An. 1547. Celeb. *Capitulo* Admiſſus eſt *Edwards ex Conſenſu Totius Societatis* ex Beneficio Regis procurando per -- *Præpoſ.*

An. 1550. Celeb. *Capitulo* admiſſi ſunt *Michell* & *Allen cum conſenſu Societatis* -- per me *Morgan Philips* Dni Præpoſ. qui tunc ægrotus erat, gerent. vices.

An. 1560. Celeb. *Solenni Capitulo ex conſenſu Præpoſiti Abſentis* admiſſi—— *Rob. Hylle* & *Joh. Jackman.*

Per me *J. Smith, Præpoſ.*

An. 1566. *Barret,* & *Reynolds,* & *Evans, communi conſenſu Præp.* & *Sociorum* electi——

An. 1569. *Holt* cooptatus in perpet. *Præpoſito* & *Sociis omnibus,* qui aderant, conſentientibus.

An. 1571. Celeb. *Solenni Capitulo ex conſenſu Præpoſiti, Sociis omnibus,* qui aderant, ſuffragantibus, factus eſt *Kirby* perpet. Socius per *Decanum.*

An. 1585. *Owen* & *Gower* à ſingulis ſua ſuffragia Sciſcitante *Præpoſ.* de *communi eorundem ſententiâ* admiſſi.

An. 1587. Cooptatus eſt *Charlett ex conſenſu*—— *Præp.* & *majoris Partis Sociorum*——

An. 1588. *Day* Electus communi Aſſenſu *Præpoſiti* & *Societatis.*

Day & *Harris* admiſſi—— de *communi Aſſenſu Societatis.*

An. 1618. *Jacob* Electus per *Communem Aſſenſum Præpoſiti* & *Scholarium* (*majori Parte Scholarium pro eo in ſuis conſcientiis deponentibus.*

Per me *Gulielmum Lewis* Præpoſ.

An. 1620. *Williams* Electus fuit *conſenſu Præpoſiti His expreſſo* (*Decano vicem gerente*) & *majoris Partis Societatis.*

An. 1654. *More* Electus *unanimi Sociorum conſenſu.*

Ita teſtor *Rob. Say* Præp.

An. 1658-9. *Horne* Electus per *majorem Partem Suffragantium.*

An. 1661. *Davenant* Electus *unanimi omnium Sociorum conſenſu.*

An. 1669. *Woodward* Electus per *majorem Partem Suffragantium.*

An.

An. 1673. *Dyer* Electus *conſenſu majoris Partis*——

An. 1684. *Thurſton* Electus per *Majorem Partem Societatis.*

An. 1685, 1686. Entries the ſame.

An. 1695. *Tripe* Electus per *majorem Partem Societatis*, eodem tempore *Carter* Electus *unanimi conſenſu Præpoſiti & Sociorum.*

An. 1696. *An.* 1698. *An.* 1709. *An.* 1715. Entries the ſame as in the Year 1684.

An. 1718. *Bowles* & *Brookes* Electi *unanimi conſenſu Præpoſiti & Scholarium.*

There are a great many other Entries in the ſame Form, but I have choſen only thoſe, which have ſome little Difference in the Expreſſion; and ſhall obſerve nothing farther upon them in this Place.

Other *Extracts* out of the *College Regiſter.*

An. 1504.

Ordinat.--- quod *Præpoſ.* & *Scholares* percipient--- 4 Virgatas Panni--- Proviſo quod nullus *Dictorum Scholarium* percipiet --- niſi actualiter reſideat in Coll. per majorem Partem Anni--- *duntaxat Præpoſ. except.*

An. 1510.

Littera Mandatoria Epiſc. *Linc.* Pro Viſitatione habend. in Collegio ----

Willmus --- Dilecto *Edm. Wilford*, *Præpoſito* Coll. Regalis--- Tenore Præſentium vos *Præpoſ.* citamus, & per vos omnes & ſingulos *Conſocios*---

Littera Certificatoria tranſmiſſa Epiſc. *Linc.*

Reverendo --- *Edm. Wilford* Præpoſ.--- Mandatum recepi--- Qui quidem mandato parere paratus ſum ---- omneſque & ſingulos *Conſocios* ejuſdem Collegii citari feci.

An.

An. 1516. The Form of Electing a *Provoſt.*

Reverendo in Chriſto Patri — *Lincoln* Epiſcopo humiles & devoti Filii *Thomas Stocke* Decanus — Collegii *Oriel* — Et *Capitulum ejuſdem* Obedientias — Vacante nuper *Præpoſiturâ* — nobis Decano prædicto & cæteris Confratribus & Conſociis noſtris — in Capellâ Domus, quam pro Domo Capitulari in omnibus Negotiis Capitularibus exercendis tenere & habere ſolemus — Capitulariter Congregatis — Nos Decanus — & cæteri Conſocii — tunc ibidem præſentes — Perlecto publice — Statuto de *Electione Præpoſiti, Adjuratiſque omnibus & ſingulis Conſociis in Animæ ſuæ Periculum & fide Dictæ Domui præſtitâ, quod in illum Vota ſua dirigerent, & eum in Præpoſitum Eligendum nominarent, quem Domui — Utilem & Idoneum reputarent, Unanimi Conſenſu & Aſſenſu Singulorum Conſociorum* — [Elegimus.]

Another Form of Electing a *Provoſt.*

An. 1530. — Congregatis omnibus Sociis & Singulis, quorum interfuit habere Vocem in hac Electione — Procedebamus ad Electionem Præpoſiti (quemadmodum *Solet fieri in Electione Scholarium)* — Publicâ Voce unuſquiſque Sociorum dedit ſuffragium ſuum juxta Ordinem Senioritatis in Domo —

Two Letters from the *Provoſt.*

Maii 19°. An°. 1590. Sociis Domi tum agentibus in Aulam Communem accerſitis lectæ ſunt Literæ à Præpoſito ad Socios in Gratiam Dni *Rich. Butler* Artium Baccalaurei miſſæ quorum hæc ſumma erat, Vacante Magri *Lee* (Uberius Beneficium Adepti) Loco, *petebat Præpoſitus* ut *cum Bonâ illorum Veniâ*, & propenſis ſuffragiis Idem Dominus *Butler* in locum jam Vacuum eligeretur; præſertim quod eſſet egregio Viro *Dno Doctori Dudley*, qui multa olim in Collegium præclara Beneficia contulerat, Cognatione propinquus, & in Eum finem, illis *Eligendi Facultatem tribuebat*: Perlectis igitur Lite-

Literis *de Communi Sociorum præſentium Conſenſu* ad Electionem ſtatim progreſſum, *& Majori Sociorum Parte ſuffragante* electus eſt idem Dnus *Butler*,

Per me *Ric. Pigot* Decani
Abſentis Vices gerentem.

The Copy of Mr. *Provoſt*'s Letter to the *Company* An. 1619.

I underſtand, that Mr. *Eliott* beinge otherwiſe diſpos'd of in the World is deſirous to give upp the Right and Intereſt he hath amongſt us: If you be pleaſed to accept his Reſignation, I ſhall deſire you to proceede to an Election of ſome ſuch Perſone as may ſucceede Mr. *Eliott* as well in his Merit as in his Place, that as much as in you lyeth, you may by your carefull Choice repaire his Loſs with the Hope of his Succeſſor. But becauſe the Statute hath provided, that there may be no treaty entertain'd *concerning the Election of a Scholar in the Abſence of the Provoſt without his expreſs Conſent* (quod Nullatenus abſque expreſſo *Conſenſu Præpoſiti* (ipſo Abſente) ad hujuſmodi Electionem procedatur) I have therefore thought proper to recommend to your Tryal (and if therein he approve himſelf) to your Choice Sr. *Pottecary* a Bachelor of Arts Determin'd of *Trinity College* of the Dioceſs of *Briſtol*, One of whoſe Deſervinges I have receiv'd very large Teſtimony: if after publique and ſtrict Examination and ſollicitous Enquirie made as well into his Manners, as into his Learning, you ſhall eſteem him worthy of the Favour, he ſues for; I ſhall relie ſoe much uppon your Care and Judgment as to Conſent to the Election you ſhall make of him: and ſo with my beſt Wiſhes to You All, I commit You to God's merciful Protection.

Your lovinge Friend
and Provoſt

Willm Lewis.

Extracts, &c. Relating to the Power of the Biſhop of *Lincoln* in *Oriel* College.

Charter of *Foundation* by *Edw.* II.

WHEN the *Scholars* have Choſen a *Provoſt*, they ſhall Preſent him *Loci Diœceſano ſeu cuſtodi ſpiritualitatis qui pro tempore fuerit.*
No other Mention of the *Biſhop of Lincoln* in this Charter.

Statutes of *Edw.* II.

No Mention at all of *Biſhop of Lincoln* in theſe Statutes, and no Appointment of a *Viſitor* by the King, either in His *Charter*, or *Statutes.*

An. 1326.

Ordinationes in *Collegio Scholarium*, ſeu *Aula* Beatæ *Mariæ Oxon. Lincoln* Diœceſeos.

Præpoſitus Domus & Societatis prædictæ [Electione factâ] *Epiſcopis Lincoln*—— (quibus Eadem *Domus* & *Perſonæ ejuſdem* de *Jure Communi*, & per *præſentes Ordinationes Specialiter* Subjecti exiſtunt) aut *Officiario Lincoln* (Sede Epiſc. vacante) præſentandus, & per Ipſos, ut præmittitur, approbandus ſeu *confirmandus.*

Qui

Qui quidem *Præpoſitus* (ſi Demerita ſua ejus Amotionem expoſcant) per *Eoſdem*, juxta Diſtinctionem Temporum de *ſede Epiſc. plenâ, & vacante* præmiſſam, procedentes *ſummariè*, & de plano abſque --- Solennitate Judiciali --- *amoveatur*.

Item quandocunque Aliqui --- *Scholarium* --- ex aliquâ de Cauſis præmiſſis --- fuerint --- Amovendi --- inſinuetur per Litteras *Præpoſiti* & *Collegii*—— Amotionis Cauſa Epiſc. *Lincoln*, vel *Officiario Linc.* (ſede vacante) per quem receptis Litteris hujuſmodi, amoveantur.

Ipſis, & dicto Præpoſito (in Eventu quo ipſe amotus fuerit) --- ab omni *Appellationis*—— Querelæ, & cujuſlibet alterius Perſecutionis Remedio penitus & in perpetuum excluſis. Et nulla omnino *Actio* vel *Querela* contra dictum Collegium, aut aliquos, aut Aliquem de Eodem Collegio, vel quemvis alium competat Aliqualiter.

Quia Caſus omnes futuri ab initio certâ Lege includi nequeunt ſeu Statuto, idcirco ordinatum eſt, quod ſiquas Obſervantias vel Statuta ſalubria & honeſta per *Præpoſitum* & *Societatem* prædict. aut eundem *Præpoſitum* & *Decem* vel *Octo Seniores* --- [cum Numerum Scholarium augeri contigerit---] de Peritorum & *Communi Societatis Conſilio*--- in poſterum provideri & ſtatui contingat, *ea* poſtquam per Epiſc. *Linc.* fuerint *approbata* (& *non ante*) omnes & ſinguli de dictâ Domo futuris Temporibus obſervare teneantur. Proviſo, quod nihil contrarium vel Prejudiciale *Juriſdictioni* aut *Juri Epiſcopali Linc.* vel *Officiariorum*, aut *Eccleſ. Linc.* Statuatur; & ſi qua talia attemptentur, ſint ipſo Jure, ac omnia quæ ſecuta fuerint ex eiſdem, vel ab eâ, irrita atque nulla.

Quilibet Dictorum Scholarium in ejus Admiſſione jurabit--- quod *Domum* prædict. vel *Jura ejuſdem*, aut *Eccleſ. Linc.* (ad quemcunque Statum devenerit) in totâ vitâ ſuâ nullatenus impugnabit in Aliquo --- ſed defendet pro Viribus —— Haſque Ordinationes, & alias, Statutaque *Rationabilia* in poſterum facienda, cum per Epiſc. *Linc.* Approbata fuerint-- obſervabit.

Si verò in *præſcriptis Ordinationibus* aliqua *obſcura, diminuta*, vel *ambigua* in futurum reſultare contigerit vel oriri, per Epiſc. *Linc.* --- declarentur, ſuppleantur, (& ſi neceſſe fuerit) *corrigantur* & *Reformentur*.

Theſe Statutes *of* 1326 *were Confirm'd by the Biſhop of* Lincoln *An.* 1329.

----*Autoritate Pontificali* Confirmamus----

——Præſentibus ad modum *Indentur.* confectis, Sigillum noſtrum Appoſuimus, quorum Partem unam *Sigillo Communi*--- *Præpoſiti* & *Collegii* ——Sigillatam penes nos retinuimus—— Alteram vero *Sigillo noſtro Sigillatam* prædictis *Præpoſito* & *Collegio* fecimus liberari———

Statutes made *An.* 1329. Confirm'd by the Biſhop of *Lincoln.*

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis *Henr*— *Linc.* Epiſcopus Salutem.

Nos — inſpectis & diligenter examinatis Ordinationibus prædict. invenientes eas *Rationabiles* & honeſtas, & nemini *Damnum* vel *Prejudicium* afferentes, ipſas in dicto Collegio perpetuis temporibus Obſervandas — (Quantum in nobis eſt) ratificamus, reſervantes etiam *nobis* & *ſucceſſoribus* — Poteſtatem prædictas Ordinationes (ſi aliqua *obſcura, diminuta,* vel *ambigua* ex iis in futuram reſultare contigerit vel oriri) *declarandi, interpretandi,* (& ſi neceſſe fuerit) *corrigendi,* ſalvis etiam *nobis* & *ſucceſſoribus* — *Epiſc. Conſuetudinibus,* & & *Eccleſiæ Linc. Dignitate.*

All the ſubſequent Statutes made by the *Provoſt* and *Fellows* were Confirm'd by the Biſhop of *Lincoln* in the ſame Manner and Form.

An. 1364.
An. 19. *Henr.* VI. } *Autoritate Pontificali* Confirmamus.
An. 1482.

An. 19. *Henr.* VI.

——In Quorum Teſtimonium Præſentibus ad modum *Indenturarum* conſectis Sigillum — appoſuimus.

An.

An. 1504.

Nos — Ordinationes per *Præpoſitum* & *Scholares* Domûs— ſeu *Collegii Regalis Noſtrarum Diœceſeos* & *Juriſdictionis* (quantum in nobis) — *Autoritate Noſtra Ordinariâ* & *Pontificali* ratificamus——

An. 1509.

Autoritate noſtrâ Pontificali Confirmamus.

Injunct. Epiſc. *Linc.* *An.* 1531.

Collegium de *Oriel* — *noſtrarum Diœceſeos* & *Juriſdictionis Viſitantibus* Nobis nuperrime *Jure noſtro ordinario* idem *Collegium* ——

——In eadem *Viſitatione* noſtrâ *ordinariâ* Decretum eſt.

Injungimus ſub Pœnâ *Contemptûs*, *Privationis Communiarum*, *Privationis* Officii intra *Colleg*— *Expulſionis*— ſub Pœnâ *per Diſcretionem Præpoſiti*, ſeu in ejus abſentiâ *Decani* infligendâ.

Hæ noſtræ Injunctiones — in fine Libri Statutorum ſcribantur, ac ſemel quolibet Anno publicè legantur coram Sociis — Collegii ſub eâdem Pœnâ [Contemptûs]

An. 1545.

Henr. Octavi — *Regis Autoritate Supremâ Eccleſ.* ad exercendam Juriſdictionem Eccleſ. intra *Diœceſin* & *Juriſdictionem* noſtras legitimè munitus.

Johan.—*Lincoln Epiſc. Præpoſito* & *Decano* & *Sociis* & *Scholaſticis* Coll. *Oriel Noſtræ Juriſdict.* ſalutem.

Cum nuperrimè Collegium veſtrum---per *Vicarium* noſtrum in *Spiritualibus Generalem* Actualiter *Viſitantes* nonnulla Reformatione digna Comperimus, Injungimus --- ſub Pœnâ *Excommunicationis* & *Amotionis* à Collegio --- Poteſtatem *Augendi*, *diminuendi*, *Interpretandi*, &, ſi opus fuerit, *commutandi aut tollendi* has noſtras *Injunctiones Nobis* & *Succeſſoribus Noſtris* Reſervantes.

In-

Interpretationes per Epiſc. *Linc.*

An. 1611.

Interpretandi --- verbo potius, quam *Decernendi*, aut *ordinandi* utimur, ut intelligant Omnes nos nihil *novi ferre*, aut *Jugum imponere* .... à *ſtatutis receptis* .... alienum. Sed ea tantum exponere & apertiùs declarare, quæ prædictis ordinationibus obſcurius involuta Occaſionem præbuerunt retroactis Temporibus eas & *pravè intelligendi*, & in *deterrimam Praxin* eaſdem *Pervertendi*.

Has Ordinationes ſeu potius Ordinationum tam in Collegio receptarum Interpretationes— Autoritate noſtrâ *Ordinariâ* & *Epiſcopali* ratificamus.

Ordinat. *An.* 1612.

Nos — (Quantum in *nobis* eſt) ratificamus.

Interpr. Statuti, *An.* 1642.

Thomas--- Epiſc. *Lincoln Scholarium* Domûs--- Vulgo vocat. *Oriel Dioceſanus* & *Viſitator*.

Interpretamentum Statuti prædicti à nobis *petiiſtis* ——— —Nos pro ratione Offieii *Viſitatoris* Collegii veſtri ſive *Superioris* Domus veſtræ & pro *Autoritate Epiſc. Linc.* (in Statutis veſtris) conceſſa --- *Interpretamur* & determinamus.

Ex *Regiſtro Collegii.*

An. 1425.

Determination of Arch-Biſhop of *Canterbury*, concerning a Diſputed *Election* of a *Provoſt*.

Henr.--*Cantuar.* Archi-Epiſc.— & Apoſt. ſedis Legatus ad quem *omnis* & *omnimmoda Juriſdictio* in *Collegio*—Beatæ *Mariæ* de *Oriel. Linc. Diœceſ. noſtræ Provinciæ Cantuar. Viſitatione noſtrâ*

noſtrâ Metropoliticâ--pendente-- dinoſcitur Notoriè pertinere Arbitrator Electus-- ad Cognoſcend. procedend.-- Super quibuſcunque Cauſis, Litibus, *Decretis*, Proceſſibus, *Sententiis* tam *Interlocutoriis* quam *Definitivis*-- dictæ Electionis prætextu & ejus occaſione qualitercunque habitis-- finaliter decidend.

An. 1542. Pat. 34. *Hen.* 8.
De Erectione Epiſcopatus *Oxonienſis.*

Proviſo tamen ſemper quod hæc noſtra conceſſio & Diœceſis Limitatio nec aliquid in eiſdem contentum --- aliqualiter ſe extendat aut cedat in-- prejudicium -- poteſtatis aliquibus Archi-epiſcopis vel Epiſcopis Ratione aut Virtute *Fundationis Dotationis ſive Erectionis alicujus Collegii*--- In Academiâ ſpectant. aut pertinent. ſed quod prædicti--- Et quod dictus *Epiſcopus Lincolnienſis*, & *Succeſſores ſui* habebunt omnem & omnimodam Juriſdictionem & Poteſtatem intra Collegia vocat. *Lincoln* College, *Oryall* College, *Braz'n-noſe* College, & *Baylyole*, quæ antehac idem *Epiſcopus* aut Predeceſſores ſui ſive eorum Aliquis *Ratione Fundationis vel Dotationis Eorundem Collegiorum*, *ſeu Eorum Alicujus* habuerunt, tenuerunt, vel exercuerunt, habuit, tenuit, vel exercuit.

An. 1545. Pat. 37. *H.* 8. Pro *Rob.* Epiſc. *Ox.*
De Ratificatione Libertatum.

Henry VIII. *&c.* --- to --- *Robert* Biſhop of *Oxford*---- Whereas in the late Surrender of the Cathedral Church of *Oxford*--- You have ſurrendred into our hands all your Juriſdiction appertayning to you--- We not minding to aboliſh or abridge your Juriſdiction in any part--- by theſe Preſents doe give and graunt unto you full Power to exerciſe--- all manner of Juriſdiction, Power and Authority apperteyning to your Biſhopricke--- In as ample wyſe and manner as you heretofore have done, or any other Biſhop in his Dioceſe wythin this our Realm may doe----

FINIS.

BRITISH
17 MY 1905
MUSEUM